BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS

Admont, 12. Jh. Seite 165r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



165

uero qui non seruauerunt suum principatum. sed dereliquerunt suum do
micilium in iudicium magni diei uinculis eternis sub caligi
ne reseruauit. II Sicut sodoma et gomorra et finitime ciui
tates simili in exformicatione et abeuntes post carnem alterum fac
te sunt exemplum ignis eternum pena sustinentes. similiter et hi
carnem quidem maculant. dignationem autem spernunt. mae
statem autem blasphemant. Cum michael archangelus cum diabo
lo disputans altercaret de moysi corpore. non ausus iudicium
inferre blasphemie. sed dixit impetet tibi dominus. hi autem quecumq;
quidem ignorant blasphemant. quecumq; autem naturaliter
tamquam muta animalia norunt in his corrumpuntur.
Ve illis quia cain abierunt. et errore balaam mercede effusi sunt.
et contradictione chore pierunt. Hii sunt in epulis sue macule con
uiuantes. sine timore semetipsos pascentes. nubes sine aqua
que a uentis circumferuntur. arbores autumnales. infructu
ose. bis mortue. eradicate. fluctus feri maris dispumantes
suas confusiones. sydera erraticia. quibus procella tenebrarum in
eternum conseruata sunt. Prophauit autem de his septimus ab ada
enoch dicens. Ecce uenit dominus in sanctis millibus suis facere iudi
cium contra omnes. et arguere omnes impios de omnibus operibus impie
tatis eorum quibus impie egerunt. et de omnibus duris quas locuti sunt
contra eum peccatores impii. Hii sunt murmuratores querelosi. secun
dum desidia sua ambulantes. et os illorum loquitur superbia. mirantes
personas questus causa. III Vos autem karissimi memores estote uerborum
que predicta sunt ab apostolis domini nostri ihu xpi. quia dicebant uobis quo
in nouissimo tempore uenient illusores secundum sua desidia am
bulantes in impietate. Hii sunt qui segregant semetipsos. am
males. spiritum non habentes. Vos autem karissimi superedificantes uosmet
ipsos sanctissime uire fidei in spiritu sancto orantes. ipsos uos in dilecti
one dei seruate. expectantes misericordiam domini nostri ihu xpi in
uita eterna. Et hos quidem arguite iudicatos. illos autem saluate
de igne rapientes. alios autem miseremini in timore odientes
et eam que carnalis est immaculatam tunicam. Et autem qui potens
est uos conseruare sine peccato et constituere ante conspectum glorie